

## COMITES DE ROGENDORFF.

**I**N Austria nobilitate nullo non tempore conspicua fuit illustris Rogendorffia gens, quæ ex Styriâ in oras Austriacas sub umbilicum seculi XV. transitum fecit. Nicolaus de Rogendorff bona sua omnia Friderico de Graben testamento reliquit Anno 1383. die lunæ post Festum S. Ulrici. (a) Sigismundus de Rogendorff Præfectus & Judæorum Prætor Marchburgi Styrorum fuit Anno 1440. Eundem merita sua Pro-Præsidis (Lands-Verweser) officium in Styriâ acquisivêre Anno 1462. in quo munere ad Annum usque 1472. ultimum vitæ suæ duravit. (b) Clara de Trackenburg Sigismundi Rogendorffii Uxor Anno 1445. ad plures abiit. (c) Casparus, Balthasar & Burchardus Fratres Rogendorffii Sigismundi filii sororem suam Eleonoram Andreae de Laas Archi-Ducis Kunigundæ Aulæ Magistro Anno 1475. in matrimonium dederunt. (d) Fridericus IV. Imperator ad Casparum Rogendorffium Dapiferum suum & Castellatum in Weitenegg literas commendatitias exaravit Anno 1476. (e) Aliæ literæ Friderici IV. Imperatoris ad eundem Casparum Rogendorffium Camerarium eo tempore Cæsareum Anno 1479. & 1491. scriptæ sunt. (f) Balthasar Rogendorffius & Frater ejus Casparus eorûmque Posterii Imperiali gratiâ Anno 1480. quarto mensis Novembr. in Dynastarum amplissimum ordinem sequenti diplomate evecti sunt :

**W**ir Friderich / von GOTTES Gnaden Römischer Kayser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien König / ꝛc. Herzog zu Oesterreich / zu Steyer / zu Kärndten / und zu Crain / Herre auff der Windischen March / und zu Porttenau / ꝛc. Graffe zu Habsburg / zu Tyrol / zu Pfürdt / und zu Kyburg / ꝛc. Marggraffe zu Burgau / und Landgraff im Elsaß / ꝛc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieffe / und thun kund allermänniglich / wiewohl Wir auß angebohrner Güte und Kayserlicher Würde / darzu Wir durch Schickung GOTTES des Allmächtigen erwöhlt und kommen / aller Unserer Unterthanen Bestes fürzuwenden und zu betrachten geneigt / jedoch seyn Wir mehr begierlich / die / so sich mit embsiger Dienstbarkeit / bey Uns gehalten und beweist haben / für ander zu belohnen / und zu Würden zu erheben. Und wann nu Unser lieber getreuer Caspar von Rogendorff Unser Cammerer / Balthasar sein Bruder / und Weylend Sigmund Rogendorffer ihr Vatter / so etwann Unser Rathe und Verweser Un-

A a 2

ser